N" 13 A dl 23 luglio 1869 furono distribuiti ai reverendissimi conaultori i voti di monsignor Trombetta e padre Capelli circa i voti semplici da premetterai ai solenni dalle monache; ed il voto del padre Costa circa i gradi dei religiosi, per essere discuswi nell adunanxa dei giorno 30 luglio 1869.

N° 14. A dl 2 agosto 1869 fu distribuito ai reverendissimi consultori il voto del padre Capelli e del padre Costa sopra i atudj dei regolari. per essere discusso nell' adunanxa dei giorno 27 agosto D 1869.

N· 13; A di 27 agosto 1869 furono distribuiti ai Veverendiasimi consultori i voti di monsignor Trombetta sopra Γ ingresso de' sacerdoti nella religione. — di monsignor Lucidi sopra gli apostati religiosi, — di padre Bianchi circa la elesione de' provinciali per essere discussi nell' adunansa dei giorno 3 settembre 1869.

N» 16. A dl 18 settembre fu distribuito ai reverendissimi consultori il voto di monsignor Guisasola circa i privilegii dei regolari non che lo schema dei decreti della vita eomune e della elausura per essere discusso nell' adunansa dei giorno 27 settembre 1869.

N" 17. A dl 25 novembre fu diatribuito ai reverendissimi consultori il voto dei reverendissimo Freppel sopra gli ordini wiZiton per essere discusso nell' adunanxa, ehe avri luogo il giorno 3 prossimo deuensbre 1869: noa ebe 1'appendice ai pareri dei superiori generali, ed i) truttuto del V. P. Giovaani Leonard!

11.

Prooeneno vertatis super stuguUa aaerinulbua baMtis asmmMuh deputata e maotMaao dutalao nantie Me papa XX ed pranpanada at^dis circe negotia recnlarinaa pro onounenleo Vatioaao ooaoUto.

ansio I

Die 93 aprilia 1868.

Habita fuit prima commissio coram eminentissimo ac reverendissimo domino cardinali Biuarri praeside, et ediderunt reverendissimi consultores Bvegliati, Trombetta, Lucidi, Capelli, Bianchi, a Cipressa, Crotoni et Stoppani secretorius.

Eminentissimus, ac reverendissimus praeses initium dedit, manifestando finem propter quem sanctissimus dominus noster commissionem instituerat: et praefiniendo methodum, quam eadem commissio sequeretur in singulis discussionibus peragendis, super qua opportune exquisivit a reverendissimis eonsulforibus. ‹m scntraho ab eis in propositis quaestionibus emittenda, adnotanda esset in verbali uniuscuiusque resolutionis distinctione nominali, vel potius numerics: et omnes steterunt pro *dutiitrtiont ntmtfriea.*

Nota fecit themata iam pluribus abhinc mensibus exhibita nonnullis ex reverendissimis consultoribus, ut super ea rota eorum emitterent Dixit se epistolam misisse ad singulos superiores generales ordinum religiosorum, eos exhortando, ut quidquid in ordinibus religionis reformatione dignum in Domino iudicaverint, libere proponerent quae opinamenta. eum habeantur, typis *mpprtMo nominr* consignabuntur, et reverendissimis consultoribus distribuentur. Declaravit insuper, quod haec moderatorum generalium opinamenta erunt in genere pro norma sed con sultores in votis conficiendis, ea illustrent appositis doctrinis, adeo ut studia, quantum fieri potent, completa.et rationibus omni ex parte suffulta evadant et necessariae notiones praebeant discussionibus faciendis in congregationibus praeliminaribus. et praeparatoriis ad definitivas concilii oecumenici Perlegit postea relationem iussu sanctitatis sua'e iam ab anno 1847 factam, circa ordines religiosos, et signanter .super historia variarum reformationum corumdem et reverendi consultores desiderium patefecerunt, ut haec relatio typis impressa singulis distribueretur Hanc primam sessionem clausit eminentissimus praeses hortando consultores ut citius maints admoverent in explendis votis super themata iam tradita, et tribuendo laudes Marini. Trombetta et Bianehi. qui ea dederunt.

Franciscus canonicus Stoppani seiretarius.

SBSStn tl.

Die 17 decembria 1868·.

Habita fuit secunda commissid coram eminentissime. ac reverendissimo domino cardinali Biixarri praeside, et adfuerunt reverendiaaimi consultores Trombetta, Lucidi. Ouisasola. Capelli.Costa. Bianehi. a Cipressa, Cretoni et Stoppani secretarius.

Facta per secretarium lectione verbalis praecedentis sessionis; quoniam reverendissimis consultoribus prius distributa fuerant vota: reverendi patris domini Marini: r8uper exemptione regularium**, et reverendissimi Lucidi: ..Super iurisdictione episcoporum in parvos conventus**; eminentissimus praeses loco reverendi patris domini Marini, qui excusationem misit ob infirmitatem, breviter exposuit tractationem voti ipsius, exponendo originem exemptionis regularium, quae quamvis ab initio me-

naehonim nullttеaw exiaterot, quia omnea aab ephooporam potestate orant, teste Adriano II qui scribens Carolo Calvo inquit: „Nostis quia omne monasterium in potestate episcopi esse debet*; attamen tractu temporis non omnes episcopi hac potestate usi supt in monachos, et monasteria, et in conciliis particularibus ab eorum jurisdictione monasteria in multis subduxerunt. Unde initium habuit exemptio quae sequentibus saeculis ita crevit, ut tandem Romani pontifices vel ad preces principum. vel ad tuendam monasteriorum quietem, .vel ob eorum in ecclesiam merita, prius plura monasteria aingillatim, postea congregationes ex monasteriis unum corpus efficientes ab episcoporum iurisdictione absolverunt, et apostolicae sedi immediate subiecerunt. Exposuit utilitatem et necessitatem istius exemptionis ex instauratione, et custodia regularis disciplinae; ex conservatione unitatis in congregationibus regularium. et ex bon<> quod summi pontifices existimarunt in ecclesiam Dei redundare, eum regulares omnes sibi immediate subiecto». et per totum orbem diffuso* facilius, et expeditius adhibeant tam ad unam fidem propagandam, asserendam, et tuendam, quam ad mores reformandos, et ad alia ecclesiastica ne^i-tia pertractanda. Locutus esi postea de casibus, ir q libus episcopi uti sanctae sedis delegati in reg: lares jurisdictionem exercere possunt, uti consultor exposuit; de'potestate quam habent episcopi in parochos regulares, et «le facultate eos coercendi per censuras ecclesiasticas m iis casibus, m quibus hoc non est eis specialiter concessum

Hortatus est tandem consultores iuxta canonem concilii Toletani eos vota sua emittere debere non secundum amorem cuiusque coetus, et partis, sed secundum conscientiam, et respicientes tantum ad id. quod vertit in bonum ecclesiae.

Deinde proposuit disceptanda sequentia dubia i

L rAn -servanda sit regularium exemptio, ab episcoporum jurisdictione

h'fgolutto Omnes consultores fuerunt in voto *Affirmatu**. varus de rationibus, nempe quia ordines religiosi sunt institutiones generales pro eccleaia Dei: aliter evenirent institutione* dioeeesanae. pro conservatione eorumdem. qui servari non possunt nisi sub unitate regiminis, quia si episcopis subiicierentur. amitterent eorum specialem formam: — quia origo exemptionis initium habuit ab ecclesia, et ideo Sicut ecclesia remoti» abhinc saeculis ordines religiosus ab episcoporum iuriadictione immune· fecit, et huc usque servavit, ita in fiostdrum exemptos servare, conveniens, utile, et neeesse erit

II _An saltem extendere oporteat casus in qui bus episcopi uti apostoheae sedis delegati, in regulare» procedere valeant ?-

Jfffiolutio: Omnes consultores moti ex consideratione. quod nimis difficile sit genericam hanc determinare quaestionem, fuerunt in voto rHabebitur ratio in propositione casuum particularium.*

III ..Vtrnm enucleandus sit catalogus casuum, in quibus episcopi, iuriadictionem a sancta sede delegatam exercere valeant; et utrum catalogus ipse in actis concilii inferre expediat'4

Rttoluho. Primus et secundus consultor in ferendo voto responderunt; *Affirmati*** ad primam et secundam dartem. ad tollendas quaestiones; ut episcopi sciant quid possint in regulares, et delegata jurisdictione facilius utanlur cum raro et incerte hucusque ea usi sint; et religiosi omnes noscant in quo episcopis obedire debeant. Tertius et octavus consultor ad primam partem *affirmati**, et* ad sec.undam *n*gati**.* Sed catalogus expleto concilio per sacram congregationem Episcoporum et Regularium distribuatur simpliciter episcopis et superiori bus regularibus pro norma. Quartus et quintos *Affirmatio** ad primam partem fwood oa«i certes, alii vero casus discutiantur, et solum inserantur in catalogo quando* fuerint adprobati. et ita catalogus fiet de actis concilii. Sextus: *Affirmati*** ad primam partem, saspreries ad secundam donec cognoscatur catalogus. Septimus et nonus; ad primam et secundem partem; sed prius expositis casibu» in catalogo certis uti certis, et dubiis uti dubiis, discutiantur casus dubii, et cum adprobati fuerint incerantur in catalogo.

Ideoque omnes consultores *affirmati*** responderunt ad primam partem dubii; ad secundam partem sex *affirmati** iuxta modum,* duo *aegatir** et unus

IV? .An ad evitandam omnem quaestionum occasionem declarandum sit ordinariam esse jurisdictionem. quam habent episcopi in parocho» re gularee. quoad ».a quae, curam animarum respiciunt?*

*R**olutio* Primus, tetius. sextus et nonus consultores fuerunt in voto declarandam esse ordinariam, quia verbum *tmm*diat**. quo u»a est sanctu m nodus Tridentina, importat directam et ordinariam iuris dictionem episcoporum in parochos regulares et revera si aliter esset, potestas episcoporum quodammodo imminueretur; nam eorum jurisdictio in sub dito» suae dioecesi» ordinaria est, ita et m parochos ratione materiae, nec potest imminui eo quod parochus sit regulari», cum hoc per aeuiden» sit Secundus, quartus ct quintus fuerunt in voto declarandam ease *d*l*qatam* innixi potissimum auctoritate Benedicti XIV qui in opere do *tynodo* <fiocresana lib 13. cap ult. $ 5 docet. rposse episcopum ex conciliari sanctione, et ea satis nota constitutione Gregorii XV pontificis uti iurisdictione delegata in ecclesiis parochialibu» regularium, quoad ea quae curam animarum concernunt4 . quorum ultimus ad didit, eam posse eodem tempore es«e immediatam, et simul delegatam

Septimus et octavus Respondendo ad auctoritatem Benedicti XVI supra relatam, dixerunt ibi minime loquutum fuisse de personis parochorum, sed de ecclesiis parochialibu» regularium; ideoque declarandam esae iuriadictionem episcoporum *ordtnariam* quoad persona», vt *drlrtjatam* quoad ecclesias Unde sex iO".niltnn»'· fuerunt in voto declarandam «M»·'l *ordinariam*: et très *d*l*<.<atam.*

V ƺ'trum ob vaindem rationem approbandum sit rescriptum ad episcopum Xebiensotn die 7 februarii 173J nempe. „In his. in quibu» a iure communi, a sancto concilio Tridentino. a constitutio nibus apostolicia tributa est episcope, jurisdictio m rejçulares. poteet illos etiam per censura» ecclesiasticas compellere?4

R»ol*tio* Omnes consultores dixerunt *affirmati***, quia aliter doesset episcopi» medium compellendi regulares ad parendum eorum mandatis, et eorum jurisdictio frustranea evaderet.

('uni postea sermo fieri debuisset de jurisdictione episcoporum m parvo» conventu»; et hora iam tarda esset; eminentisaimus praeses ad parandam proximam sessionem, mandavit legi per consultorem ea quae unus ex moderatoribus generalibus exposuit m voto n" VI sub articulo />e *parrit eo***nhbn»* ut in collectione iahi consultoribus distributa; qua lectione peracta finis datu» fuit huic secundae sessioni. Ideoque etc.

Francievus canonicus Stoppant sverutarius

GESSIO III.

Die b ianuarii 1*6?

Habita fuit tertia commissio coram eminentiaaimo. ac reverendissimo domino cardinali Birxarri praeside

ei adfuerunt · revcrcnfijMimi eensnltoree ^iarthi, Hvegligti, TAq»be4tg.~ Gttjaaaola, Oepeili, Costa, Bianchi, a Ciyeaaaÿ^'retonl·, Btoppani Secretarius.'

I,ecto verbalLpraeeedentia seakionia. eminentiaaimus praesea ctun abess^nt^gumultoree Marini (Jtie durante aesaione supervenit) et Lucidi infirmeA qui y ambo tractationem instituerant saper parvo· eon-, ventus, de quibo· disceptatio erat in praesenti sessione ; eminentissimus praeCea e&posuit reverentium patrem dominum Marini in voto guper exemptions regularium, relate ad qaaus Aceptos, in quibus qpiacopi uti sedis apostoliea· delegati jurisdictionem exercere pOaanot, mentionem fecisqg de decreto Ihnoeentii papae X: *Ut i» porri»*, et conclusionem etqiaieee, quod- ad restituendam vel feriandam in parvis conventibds disciplinam, non ab· re foret ad omne· regione^extendere, quae pro jtalia. et insulis adiaoen'tibus in enuntiato decrbtn statuta aunt. Quoniam vero oonventuuqn et regularium numerus hodie valde B imminutus est. subiiqi possent episcopis ad Tortnam praedicti decreti il dumtaxat conventus· sive iam erecti, sive in posterum erigendi, ya*quibus actu non alantur sex religiosi probatae vitae, ex quibus quatuor ad minus sint sacerdotes matune* aetatis.

Perrexit emioentissimus pmaes eamdem conclusionem etiam emisisse reverendum Lucidi, qui fusius, et ex professo votum super parvos conventus confecerat. Ipse enim postquam ex antiquo iure nihil circa numerum religiosorum in unoquoque conventu praefiniendum statutum dixisset, sed tantum praescriptum fuisse quod tot in conventibus religiosi collocandi essent, quot iuxta monasterii vires ali. et substentari possint, quod etiam ex'concilii Tridentini cap. 3.' sees. X^Zv dKvegularibus, aliisque pontificiis constitutionibus confirmatum fuerit: tamen retulit primum ex Romanis pontificibus. qui religiosorum numerum determinavit eirea C domo· religioaaa in posterum erigendas, fbisseOregorium XV constitutions Cum e/ios, edita die 17 augusti 1622, qua prohibuit ne nova monaateria erigerentur, nisi in ii· saltem duodecim treligioai commode ali, et substentari poaaint. Hanc prohibitionem, prosequebatur, confirmarunt Urbanus VIII st Innooentius XII; imo addiderunt, quod ei aliter fieret, eaedem religiosae domua episcoporum visitationi, correctioni, atque omnimodae jurisdictioni qubiieiereatur. Quae decreta religiosos omne·, et ubique existent·· respiciebant.

Verum Innocentius X, ut medelam afferret malis et"abusibus, quos ex parvis conventibus evenire noverat, constitutione edita idibns oetobria 1669 quae incipit /Mta«r«mdas, omnes parvo· conventus Italiae et insularum ediscentium penitus abrogavit, in quibus ob parvum numerum religiosorum regularia disciplina iuxta peculiaria euiuaque ordinis instituta D servari non potefat Haec constitutio minime suem plenam exacutionem oopascuta eat Nata aliqui conventus etsi parvi ex meata constitutionis excepti a suppressione censebantur: aliorum otiamai suppressorum expostulabatur restitutio, st quis teetimonio episcoporum coaetabat, illos sati· redituum obtinere ad religioso· congruo numero rabetoatandos, et tal·· emo, at spiritaaMtun utilitatum fructum populi· afferre possent. Haiasaaedi postulatis abundo satisfecit idem pontifex lasoeaatiua X; sed decreto diei 10 februarii 1664, quod incipit *Ut* m pervia, voluit, nt coaventas ia vim praedictae suae oonatitetioais suppressi, ot poatea ex gratia restituti visitationi, correctioni, et omaimedae iariediotioni localis ordinarii tamquam apoetolioa· sedis delegati snbiicierontnr, donec religiosorum numerus ad duodecim non pervenisset; et gratia restitutionis nulla, et irrita «anet pro iis, ia quibam sex religiosi pro'bstae. vitae, φιάπκη quatuor ad minaa aacerdotea èpUocari no# f^Mbant. faVUcnt etiam 'Boc decreto drdûywiis locorum illo* ooureatiUi qui qmrnvia vi suae oonstttetJbnis /nateureiada· 'non fuerint raprtqg, eo qeod numerus religiooonhn in qjr tatis ad obabrvantian^ disciplinae Regelaris erat, tamen trs-tu temporis ad minia qufeflt «ex probatae v^tae reKguai in iis ncyi remonerent Excepit. ab hac dispositione conventu· omnes wum numero religiosorum duodecim minori erecti poabxdtem 21 (unii 1625, quia isti tam ordinariorum jurisdiction^ ^x dedrqto Urbani Vtn subiicielantur.

/Verum ex tot tantisque diversis constitutionibus, decretis et exceptionibus, et qignaater ob perdifficilem cognitionem aq hi parvi conventus sub uno, ^1 altero decreto oomftrehenderentïrrv praesertim spectata eorum erectione, et incerta diminutions membrorum, nemo non videt quam perdifficile fuerit epieoopis salutarem in parvos conventus exercere vigilantiam qua ingruefitibus malis mederentur. Hinc factum —*z* ut re· eo prorsus modo adhuc consistat, a quo initium habuit Mirqqdum igitur non eat si grave· episcoporum lamentatione· exortae fuerith

Insuper eminentiseimua prae··· in memoriam rerqcarit ebusu· quo· Innocentius X in «ua constitutione /auteeroedo· in parris conventibu· irrepsisse deacripait. Et mandavit legi vota nonnullorum ▪nodaratonifn generalium, qui non dubitant firmiter edicere maxima damna e parti· ronventibu· in regularem disciplinam, et observantiam dimanare, etiam eum populi chriatiani offensione, ideoque aliquod remedia* ipsi in auis votis enixe exposcant omnino esse adhibendum, nempe ut oorum numerus debitis cautelis adhibitu, «t perpensis peculiaribua rerum adiunctis prudenter ab apostoliea aede reducatur. at religiosorum numerus in superextsntibus domibus augeri possit, et ita regularis disciplina, et observantia in eia constabiliri valeat (ville- praesertim votum VI. pag 63, et votum VII. pag. 79)

Inde perpensis omnibus a reverendissimis consultoribus fuse pertractatis, et praemisso monito quod in praesenti discussione non comprehendantur conventus existantes in locis missionum sacrae congregationi de Propaganda fide «uhiecti: ritum eet eminentisaimo praesidi disceptanda proponere tria sequentia dubia:

I. .An decreta Urbani VIII, et Innocentii X. et Innooeutii XII pro conventibus in quibus non degunt in numero praescripto religiosi, ita moderanda sint, ut conventus ubique existent··, quocumque teinpore erecti, vel erigendi, in quibua actu non degunt sex religiosi probatae vitae, quorum quatuor ad minus sint pacerdotea maturire· aetati·, rabiiciantur visitationi, et iuriadictioni ordinprii loci uti sedis apostoliea· delegati?*

RtrthUie: Primus consultor in ferendo voto ad propositum dubium respondit: .Affirmative, firma remaaeate cumulative iurisdictione cum superioribus religiosis.*

Beaudus: Posito qnod ius episcopis tributum visitandi parvos oonvratns non exerceatur ab eis, ot quod mala ex inobosrvaatia procedant. dixit: .Affirmative intra Italiam; extra Italiam vero nullna detormiaaadns religiosorum eamerua* Bed facta a consultoribus obiectione, noa poaee synodum partialem odore legem; subieaxit ideo se retinere bos argampatum ad ooaeiliem minime spectare, •ed a sanet· sede tractandum: et tradidit votam scriptam.

Tertiae: .ASrmative, firma reotaasate cumulative, dummodo praeeavMatur disoeationoe inter episcopos et geaeralns ordinum.*

Quartus nAf^nnative, quamvis numerus act vix a sufficigt ad observantiam regularem.-

Quintas, ,,Affirmative, sed explicetur jurisdictio cumulation.-

"Sextus: 'Affirmative. »ed dentur mandata superidnbus, ut in iis collocent bonos religiosos.*

Septimus. ..Affirmative, sed episcopi non sdtum possint, sed etiam debeant.-

Octavus, penus et decimus: HAffiru^ativé\-

Quaenacn aliae cautelae praescribendae sraC ut in parvis conventibus regularis disciplina restituatur, atque servetur.

fiseoàUso. Omnes consultores digerunt, quod praescribatur 1° cTi^ura; 2® orati^ mentalis in communi; 5· horae canonicae in communi. horarium; 5* egressio e Conventu cum socio, excepto caau verae necessitatis iudicio superioris localis; 6'*ut religiosi redeant in conventum ante Ave Mana ·

III. FAn aliquid aliud praescribendum^»it circa parvos conventus"-

Omne» fuerunt in roto, quod in lecreto exprimatur desiderium concilii, ut data utili opportunitate apostolica sedes per anquam reductionem provideat.

Deinde ventum est ad relationem voti reverendiasimi consultori» Trombetta super discriminé inter vota simplicia, et solemnia; super dominio radical), et super modi», quibua in Gallia. Belgio, et in aliis regionibus, ubi proprietas religiosis domibus lege civili interdicta eat. provideri consuevit. Erninentissimus praeses declaravit haec discutienda pror_j posuisse non ea intentione ut huiusmodi disquisitio ex officio in concilio proponeretur, sed ut studia" hac super re in promptu haberentur quatenus disceptatio huiusmodi data aliqua occasione fortasse in concilio promoveri contigerit.

Cum votum laudati consultoris satis diffusum esset, et ipse rem funditus scripto tradidisset, relatio verbalis atr eodem consultore facta suadentibus aliis consultoribus coercita fuit, ne verbo repeterentur. quae scripto tradita fuerant. Hinc suramatim de natura et effectibus tam votorum simplicium. quam solemnium. de dominio radicali, de statu religioso, de solemnitate votorum, et praesertim de solemni paupertatis voto actum est; relato responso Bouifacit VIII de voto et voti redemptione in 6: 'Voti solemnitas ex sola, constitutione ecclesiae est inventa . . . Illud votum* debere dici solemn· . . . quod solemnisatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per prqfessionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis,- et postea in memoriam revocata fuit dispositio cap. 6, de statu monachorum. nempe: 'Abdicatio proprietatis, sicut et custodia castitat'· adeo est adnexa .regulae monachali. ut contra e im nec summus pontifex possit licentiam indnlgere,* scilicet, ut explicant doctors·, in sensu composito cum monachus remanet monachus.

Quibus aliisque praemissis propositum fuit dubium:

I. 'Utrum professis votorum solemnium contra praescriptum sacrorum canonum novam statuendo disciplinam permitti possit ut dominium, quod radicale vocant, sicuti professi votorum simplicium retineant ?-

BmshMss; Primos consultor dixit 'Negative- quia dominium radicals opponitur solemni voto paupertatis; et ideo actum esset do solemnitate votorum prout ab ecclesia constituta out.

Secundus absolute loquendo, seu in sensu diviso: 'Affirmativo-; ood in sensu composito, id est firma romanente constitutione ecclesiae^'Negative-. 8ed dicto per eminentïsaimuBi praeside», quaestionem propositam mtelligi debere in sensu composito, tunc respondit simplicitfer rNegative-

Reliqui omnes eonafiltoree dixerunt simpliciter 'Negative-. Sed docimUs consultor postquam aliquas Objectiones fecisset. pariter in-aljorum sententiam, remrniait.

II. 'An saheM expediat declarare permitti, u? firmo solemni paupertatis voto leita sacros canone» de licentia superiorum, et tamquam procuretores cdnventuum emittant actus civiles a legibus praescriptos in iis locis ubi aliter fieri nequeat '*

Omnes consultares dixerunt .Affirmative-. sed quintus consultor addidit abstinendum esse a verbis quae Innuant fictionem; et septimus consuitor animadvertit rfon expedite de hac re loqui rn concilié! ne civilia gubernia itistruantur. et respuant bos actus civiles.

Et dicto per eminentiSsimum pçaesidein quod in proxima sessione quaestio erit de duratione generalatus a duobus consultonbus pertractata, et •i tempus supersit reveçgndissimu» Costa referet super primo voto moderatorum generalruM posito sub n" 1. huic commissioni finis impositus fuit '

Si'ranci»cus canonicus Stoppani secretary»

SER8IO IV

Die 'A ianuarii 186m

Dabit* fuit quarta commiseio coram eminenti··•imo ac reverendissimo domino cardinali Bizzarri praeside, et adfuerunt reverendissimi conaultore· Marini. Svegliati. Lucidi. Guiaaaola. Capelli. Costa. Bianchi, a Cipresaa. CretonF et Stoppant secretary·

l/ccto per secretarium verbali praecedenti» sessioni» eminentiasimus praeses breviter retulit hiatoriam decreti, quo sancta sedes coepit prorogare tempus duration!· generalatus. Dixit «enim quod iam praecedenti tempore extabant lamentationes contra tam brevem durationem generalatus. cum vix/Aex annorum spatio visitatio totiu· ordinis, praesertim ex principalioribus, ad exitum perduci posset, quin tempu· remaneret salutaria promulgandi decreta, quibua bono totius ordinis prospiceretur; ac etsi ederentur, minime tamen moderator generalis eorum execution?» videre poterat, quia cessante munere alius^/ordiqi praeficiebatur, qui saepe saepius decreta illa abrogabat, vel in désuetudinem abire sinebat. Hinc factum est. ut sanctitas sua. facta nonnullorum cardinalium speciali congregatione, adhaerens eorum voto, decretum edidit die 2^ 1862 quo constituit, ut minister . generalis Minorum, qui tunc a capitulo eligendus erat, non amplius ad sex. sed ud duodecim annos eligeretur, factis insuper praescriptionibus, ne ex ita longiori regimine sua auctoritate abuteretur. Idem decretum sequenti tempore latum fuit pro ordinibus Praedicatorum et Cappuccinorum.

Postea reverendissimus Bianchi etiam pro reverendissimo Trombetta infirmo exposuit ea. quae ambo tractaverant super themate durationis generalatns in votis typo impressis, et reverendissimi· consultoribus distributis pro disceptatione hodiernae sessionis; et primo inquit, constare ex facto, ex institutione fundatorum, eorumque regulis bb unoquoque proprio ordini traditis munus moderatorum generalium fuisse perpetuum, seu ad vitam oorum, qni ad hoc munus electi erant. Hoc iure vixerunt omnes ordinea religiosi per quatuor circiter saecula, et cuique ex historia compertum est, quam, florentes eo tempore fuerint. Tractu temporis ob aliqua inconvenientia exorta apostolica sedes in-

datait aliquibus ordinibua ut eorum superior·· generales desinerent eese^perpetui, sed essent ed tempus Hoc in primis factum est pro ordine Minorum bulla dicta Unionis * Leone X data arfnff^Thl7; pro eremitis sancti Augustini idem constituit Six* tu* V; idemqtfe sancta sedes variis successive temporibus induisit Carmehti*, Servitis, aliisque, ita ut / circa-dimidium saeculi'XVI generalatus perpetuus non amplius exteret nisi 4n ordine Praedicatorum 9 et soçietatis lesu.

Verum ineunto hoc saeculo., nempe anno 181*4. Pius «papa^VTl. bulla /atir premeres, edita occasione divisionis provinciarum Hispaniae, praescripsit d^ra-'tionem generalatus ad sexennium, et ab hoc anno Praedicatores generalem ad tempus elegerunt: non tamen lesuitae. qui adhuc perpetuum generalem retinent. ,

Exposita sic historia ex duobus votis consona, hicutus est quid sit de novo iuretconstituendum, nempe an expediat in ordinibus praesertim amplioribus. munus superiorum generalium ease perpetuum. et dixit se' pro perpetuitate sentice tam ex institutione fundatorum, quam ex opportunitate, et validitate rationum, quae magia perpetuitati, (piam temporaneitaf^ huius muneris Uvent pro bono et utilitate ordinum religiosorum. Hinc primo retulit inconvenientia quae profluunt ex temporaneitate generalatus; et teste Navam» dixit: ^Superiores generales per frequentem iqutationem quodammodo a subditis dependere, ac proinde eorum auctoritatem minui Quod probatur capite *Nttilam:* rNulla aqctoritas remanebit si monachorum potestati coeperit subjacere.- et capite Eis»#.· ^Humani moris est illuni vereri, cuius iudicio ac voluntati quis nunc erigitur, nunc deprimitur- Ex temporaneitate generalatus faveri. 1·' ambitionem multorum, qui eligi cupiunt, quae pestis est religionis, et religio- C •orum oculo» excaecat. ne sui status obligationes agnoscant. inde gignit, subornation**. collusiones, odia, dissidia intestina, murmurationes, recitrsu* ad saeculares, scandala, rixae cum maximo detrimento cbaritati*. unitatis et pacis;-2° studium reeleqtionis: nem «i praelati generales ambitiosi sint, suam procurabunt reelectionem dissimulando vitia vocem habentium in capitulo, conferendo officia et dignitates etiam indignis, dummodo amicis, ut ipsorum suffragia obtineant, subornando muneribukpoteates extra religionem, ut auxilium praestent; periculum electionis minus digni: nam eleotoi facile posthabito bono ordinis, ad dissidia cooLonenda votum suum dant ei, quem etiam minus \dignum agnoscunt, certe ea* ratione innixi, quia Jtempus huius muneris est ' breve. Quae inconvenientia quando generalatus est ad vitam, aut omnino tollantur, aut certe valde imminuta existant.

Exposuit postea rationes, quae militant pro perpetuitate, eiusquu utilitatem; innuendo officium .generalatus magnam hr-w continere debere aactoritatem et potestatem raient et magnam ex parte subditorum habere reverentiam et dependentiam: qnae certe non generatur niai cum perfecta cognitione totius ordinis, ot singulorum membrorum. Verum talis cognitio non acquiritur nisi ab eo qui diutius remanet, et soit ae remansurum in munere generalatus. quia tone solum sibi tribqpt tam prosperitatem, quam relaxationem ordinis: alioquin qnando scit se poat breve tempus ordinis gubernium esse relicturum, posthabitis curis fastidiosae reformationis, quaeret tantum, ut sit pax in diebus suis. Praeterea studium futuri oecogienici concilii pro reformatione religiosorum eo tantum tendere debet, ut ordines ad pristinam observantiam revocentur, et hoc vix unius hominis vita obtinebit.

A Historia et^experientis favet perpetuitati; uaquam ento floruerunt.religiosi ordines, sicuti quando ad vitam habebant generales (et boa nostro tempore testimonia uon desunt), et relaxatio, ei ex hac causa non dicam, sed certe post ablatam 'perpetuitatem moderatorum generalium incepit* Eoclesia ipsa rectores quos episcopis perpetuos habet; proindeque maioris utilitatis censet regimen perpetuam, quam temporaneum. Hoc idem sehsit summus pontifex Benedictus XIV in eefistjtutione Inter non-mmu, in qua miratus cur in ordinibus Religiosis non esset perpetuum superiorum ge^eptliumKregimen. in quo diutius exercitati 'et omnium qSgotiorum exoerti . melius promovere et excitarez religiosam penectiopem possent, hortatus est capitulare· eremitarum sancti Augustini, Ut generalem ad vitam qligerent. sicuti semper in dicto ordine ft^rst usque ad Sixtum V, quam exhortationem iisnem fere B^upraSxpositis rationibus suffulsit.

Inde reverendissimus consultor expositis obiectionibus contra perpetuitatem facientibus, malis nempe, quae obvenirent religionibus ex praesidibus generalibus, qui tyrannice et despotic*, improvide et dÎMÎpatono modo, negligenter et desidiose gubernarent; cum Suaresio respondit, haec potius pericula, quam mala extare, et nullius ponderis esse relate ad bona, quae longe maiora ex perpetuitate procedunt.

Subiunxit eonsultoZobiectionem depromptam ex facto- apostolicae sedis, quae mutando hac super re veterem disciplinam causis rationibusque certe validis mota fuit, dilui posse per considerationem, quod haec mutatio non evenisset per decretum generale et obligatorium, alioquin omnes et illico illud sequi debuissent; sed statio facto aliquam religionem disciplinam veterem adhuc retinere. aliasqve dissitis valde temporibus illam immutasse: ex quo potius indultum dicendum, quam lex. Huic obiectioni respondit etiam Benedictu* XIV in citata constitutione prout relatum est in voto.

Tandem alleram obiectionem confutavit, qua dicebatur inutile esse statuere generalatum ad vitam, quia vel generalis bene regit, vel^nale: si bene, poterit confirmari; si male, utilius est eum esse ad tempus. Etenim si bene regit, quia ventas et iustitia saepe odium pant, non raro 'Ontinget plure* habere inimicos, qui confirmationi difficile consentient. Si vero male regit, quin expeotetur tempus (Amationis muneris cum detrimento ordinis, melius providebitur per cautelas a iure praescriptas, et alias ' forsan praescribendas. Et hic enumeravit canones, et causas, quibus a suo munere moderatores generales absolvi possunt iuxta praescripta constitutionum cuiuscumque ordinis; et cautelas B laudavit, quibus per decretum sacrae congregationis Episcoporum et Regularium provisum fuit ne generale· ad duodecim annos electi auctoritate sua abuterentur. Insuper^ixit sententiae suae consona esse vota nonnullorum generalium, quae generalatum ad vitam exposcant pro bono religionum.

Tandem super voto reverendissimi Trombetta. qui perpensis iisdem nationibus concluserat pro duration· generalatus ad duodecim annos, quam sententiam confirmaverat auctoritate Suaresii, inquit •e retinere illic Boareeinm locutum fuisse potius de superioribus inferioribus, quam de generalibus, quia satis Suaresias mentem suam aperuit favore perpetuitatis, ut supra relatum est. Hinc emiuentissimus praeses disceptanda proposuit sequentia dubia:

I. „An magis expediat, ut moderatorum generalium officium sit perpetuum?“

Rssdatio: Primas consultor in ferendo voto respondit: „Affirmative**.

Secendaa: ^Negative*, quia apostoliea sede· tribas abbine saecelM regulam contnriam tenet. Benedictu® XIV ai hoc voluissst, legem edidisset; sed tantam exhortationem dedit, et facultatem eligendi ad vita·. Adsunt feapqp «ntionea; quae hanc disciplinam mutare oonsulunt, sod nbndutn ea· «aneta sede· probavit. Dosidoria'ganeralium 4*ΰαφî* ηα0 »unt competentia. quia hoc iudieare debent subditis non •uperioree-; nam ita inferretur gravajnaiL_eolemni voto obedièntiae. et pax in ordinibus religio·^ exigit ut hoc munus ait ad tempus.

Tertius: ^Negative*. ob rationes praecedenti»con•ultoria, et principaliter ob ptaxitn sanctae; sedi·.

Quartus „Affirmative* nt in ^oto, et adiuniit '^olemne votum obedientiae plus servari posse a rqligiosiscutn perpetuitate, quam cum temporaneitate generalatus; nam quando generali· est ad templis, ai qui· ex religiosis illi ubedire nolit, facile mandata spernit, quia scit eum post breve teiqpus non amplius generalem.

Quintus: ·„Affirmative*. ratiohe fundatorum, qui quaai a Deo inspirati in ordinibus instituendis, generalatum ad vitam constituerunt: nec valet in contrarium ecclesiae praxis, quia haec praxis etiam pro mea sententia fuit, et adhprAn aliqdo ordine eet Ordine·religiosi unquam magis florentes fuerunt, qnam dum generales perpetuos habebam. et perfectio regularis observantiae solum imminuta Mt post huius disciplinae mutationem. Haec est mea sententia pro omnibus ordinibus, sed saltem generalem perpetuum concederem petentibus.

Sextus: 0Nequeaffirmative, neque negative*, sed relinquendam libertatem iuxta spiritum et cooatitutione· cuiuscumque ordinis. Nam si generalis perpetuus non sit magis idoneus, aptiore· neglecti remanerent, et ipee a secretario penderet, quod subditos irritat. Consideratae non sunt utilitatM generalatus ad tempus. Etenim ^i exurgat vir sanctus in aliquo ordine, hic poterit ad generalatum promoveri cum maximo totius ordini· bono. AmbitionM exurgunt etiam pro munere provincialatus, aliorumque inferiorum praepositorum; numquid omne· ex hoc perpetui sunt faciendi? ConstitutionM mei ordinis sinunt generalem eligere vel ad tempus vel ad vitam, ideoque sentirem relinquendam esse libertatem secundum spiritum et ConstitutionM cuiusque ordinis.

Septimus: r Affirmative*, eed praescribantur cautelae ne auctoritate abutantur.

Octavus: ^Negative*, nam de facili eligeretur generalis minus idoneus, et senex cum detrimento ordinia

Nonu·: ^Negative*, nam ai in temporaneitate generalatus ambitiosi propriam electionem student; ipsi in perpetuitate eligent decrepitum senem, ut citius deveniant ad novam electionem.

Decimus: „Negative*.

Et quatenus ad primum,

II. "Quibosnam cautelis providendum sit. ne superiorM sua auctoritate abutantur?*

Rootittio.- ^Provisum in primo*.

Et quatenus wgettat,

HI. nAn saltem decretum congregationis Episcoporum et Regularium latum pro ordine Praedicatorum, Cappuocinqrum, Minorum Observantium etc., quo munus nuperiorum generalium ad annos duodecim protrahitur, ad omnos alios ordinM extendi debeat, nihil tamen innovato circa ordines, qui •uperiorM generale· ad vitam habent?*

EseeMe: OmnM consultores dixerunt: „Affirmativef; sed quatuor qui in primo dubio pro perpetuitate steterunt, votum confirmarunt; et in prae•enti aecMsefunt, quatenus nihil de perpetuitate ait facibndum

Quibus expletis reverendissimus pater Costa consultor summatim* retulit quae in voto generalium sub n* ,1 posito exponuntur circa »tatum, in quo plure· ordines religiosi reperiuntur. Dicto toto perpenso a reverendissimi» consultoribus concldsum Mt: Licet in regularibus ordinibus reperiantur religiosi spectatissnni. et selo disciplinae, ac observantiae flagrantes, et licet aliqpa instituta observantium sedulo retineadff tamen in| genero collapsum esse observantiae et digciplinae spiritum, ea praeqertitin de causa, quod plurimi in religiosis domibus vivunt ad instar advenarum quaerentes potjus quae sua sunt, quam quae ordinem. MU»qus bonum respiciunt; et quodam lamentabili egoismi impulsu aguntur: ita ut si quid faciunt etiam in operibus sacri ministerii, ad id ex cupiditate propriae cuiusque utilitati» ducuntur Hinc plure» abusus repetendi, hinc religionum decui*, et utilitas grave detrimentum passa est, et populorum, in eas contemptus incrementum accepit. Cum igitur plurmi religiosi in quodam infirmitatis et debilitati» statu reperiantur. .opportuna rembdia adhibenda sunt, inter quae vita communis perfecta primum locum tenet, qua ordinum alumni ab affectu in pecuniam, et in temporalia bona retrahi possunt.

Hae animadversiones prolabae sunt, ut via ad agendum de vita communi apèriretur et deinde hui<· sessioni finis impositus fuit,

Francisco· canonicus Stoppant secretarius

SESSIO V

Die 12 februarii 1H69

Habita fuit quinta commissio coram eminentis•imo ac reverendiaaimo domino cardinali Bisiarri praeside, et adfuerunt reverendissimi consultores Marini, Svegliati, Trombetta. Lucidi. Guisasola. Capelli, Costa. Bianchi, a Cipressa. Crotoni. Stoppani secretarius.

Lecto per secretariat^/verbali praecedentis sessionis eminentissimus praeses initium dedit exponendo hodierna /uie reverendissimos consultores vocatos esse ad disceptandum super themate quam maximi momenti, et incomparabilis utilitatis favore ordinum et religiosorum, nempe vitae communis perfectae, uti medium ad illos secundum spiritum institutionis, et vocationis revocandos. Exposuit hanc sanctam sedem nonnullis abhinc anhis suffultam episcoporum et spectatorum virorum consiliis omne studium in id impendere, ut baec disciplina sensim io moribus religiosorum induceretur: edidit proinde decreta, quibus ea praecipiebatur servanda novitiis cuiuscumque ordinis, et excitabantur ordinM religiosi ad eam amplectendam; et animadvertit, quod si ab initio reformationis propositio vitae communis res odiosa videretur, nunc vero benignius accipitur non solum, sed nno et in votis plurimorum praMertim iuniorum eet: monuit episeopos in proximo concilio certe firmiter instituros pro hac disciplina statuenda, uti testimonium reddunt desideria quae plurimi hac super r» iam patefecerunt. Laudavit vota a duobus reverendissimis consultoribus super themate fusius, et omni studio exarata, et conclusit, quod obstructione facta a principii· theoretic!· su^gr voto paupertatis, dubia tantum practice Msolvenda proponet ex alterutrius consultationibus deprompta.

Inde reverendissimus Capelli unus ex duobus consultoribus, quorum vota typis impressa super vita communi perfecta distributa fuerant, dixit se praetermittere ea omnia, quae scripto ediderat, uti iam consultoribus nota, quin verbis repetere opus

. fuerit: sed tantum. M firmiter tenere, quod in singuli· 'ordinibus' religiosis vita communi* perfecta instituatur, et stricte observetur. Ree va|et opponi quod peculium non adversetur vqto solemn· paupertatis, quia si non laedit substantiam, saltem voti observantiam labotatat; nam imposeibild eet religiosum virum eum peeulip non dicere suum' quodl ex peculio procedit, et affectu non trabi erga illud; ex quo occasio datur, ut religiXai opera sua magis sd illud assequendum dirigunt, quam ad Det gloriam. Neo dicendum quod religiones etiam sine vita communi perfecta salutares fructus reddiderint: nam absque dubio maior perfectio exta^, ubi observatur. et debitdm religiosi eet semper in'virtutibus proficere, et perfectionem adipisci. Alii-forsan instabunt observantiam vitae communis perfectae impossibilem practice esse ob mediorum deficientiam: et ob divisionem animorum, quia nonnulli ad eam amplectendam praesto erunt, alii vero et praesertim senes illam respuent, et sic inter religiosos schismata excitabuntur. Sed hanc difficultatem solvit animadvertendo apostolicam sedem multis abhinc annis iam animos religiosorum disposuisse ad hanc disciplinam amplectendam, mandans ut novitii, et neo-profeesi in ea educarentur, quo factum est ut non parva eorum pars illam sine oppositione accipient: certe senes, qui veterem disciplinam possident, et in ea instituti sunt, considerationem merentur, sed ipsis provideri potest cautelis, quibus arceantur dissentionee. Quoniam vero nulla in ordines religiosos speranda erit reformatio, nisi in membris excitetur, et renovetur spiritus religiosus. quo abstrahentes se a commoditatibus vitae, et abnegantes semetipsos, omnia opera sue dirigant ad propriam et aliorum sanctificationem, secundum finem sanctae vocationis. Porro idem spiritus cum observantia perfectae vitae communis magis excitabitur: et tunc evanescet etiam alia difficultas mediorum, quia non solum religiosi in sancta moderatione laetabuntur., sed et actiones, et labores suos ad communem utilitatem convertent, et providentia divina non deerit operantibus bonum. Superiores etiam hoc spiritu ducti rectae administration!· parte· implebdnL Igitur studium perficiendi religiosum spiritum, et pro^msio vel saltem prona voluntas iuniorum quamplnnmoe ad eam amplectendam adducet, et tune sends ad eam trahentur, vel certe agnoscentes ntoliora in sectatores vitae communie animo infenso non respicient Postulantes maiores utilitate* in perfect* vita communi invenient, et eam libenter amplectantur, quia melius respondet fini vocationi· eorum. Praeterea in ordinibus votorum solemnium omnino nssssreriam dixit uti medium ad ea perfectius observanda: transeat (ait) si ageretur de institutis votorum simplicium. Bed dicto per emiaeotiarimum praeeide·! fere omnia instituta votorum simplicium servare vitam communem perfectam; subinaxit ex hae ratione se eo magi· confirmari ia exponito eeateatia: •t sermonem absolvit, confirmando, quod ia faturo oecnmenieo concilie vite commuai· perfecte omaioa praecipienda iit ia omaiba· ordiaibas; et singulae religion·· familiae ad eam amplectendam sensim induoaatwt at «i qui· fbrsaa ex membri· ei subiaoere renuarit, eum spiritu religioso prorsa· carere .ostendet.

Deinde reverendissimus Cretoni eeateutiae rererendianimi Capelli adhaesit, et tantam addidit, qaod in stabiliende vite perfecte commuai decreta taliacondantur, quibua non deepieiantar renuent··: ot ideo locutam faire· in"prima parte ooneultatioais de pecalio, ut licite eo uti posnint religiosi, qai Nitam communem perfectam non amplectantur.

Voetea emtaeatidkümus praeses disceptanda propoeuiq sequentia dubia.

I. ‚An praecipiendum sit, ut ia posterum nemo ad habitant, aut professionem^ admitt^ur: neque ulla deioqeps nova domus erigatur, vol {{jam de iure,, ve) 'de facto tantum suppressa restituatur; nisisub qxpressa lege'vitam perfecte'communem perpetuo observandi?"

Brselirtts: Omnes consultores fuerunt in voto ‚A/Ilm>ati^e“ per singulas partes; et quartus consultor addidit; praecipue quia vita communis perfecta est secutidnni spiritum fundatorum; et quod reverendissimus Cretoni scripsit de peeulio-reinime a fundatoribus invenitur statutum: sed insequentibt» temporibus adinventum est.

II. „An praescribendum sit ut novitius quiqup in actu professionis votorum tum simplicium, tum solemnium sese perfectam votdrum observantiam per vitae communis cuatodiam emoturum esse explicite polliceatur?"

Assolutio.' Omnes dixerunt: „Affirmative", et duo addiderunt „per verba adiecta in formula ^rofessionis"

IU. „An huiusmodi promissionis praeceptum ei· testato dennntisnduta sit, priusquam domi recipiantur, tum priusquam ad habitum rite admittantur?"

Rssolutio. Omnes dixerunt: .Affirmative".

IV. „An confirmandum, et respective decernendum sit. ut in domibut novitiatus. professorii, vel cludiorum, aut ubi superioris generalis, vel provincialis sedes existit. vita communi· perfecta ab omnibus servetur?"

Resolutio.· Primus dixit: „Affirmative".

Secundus: .Quamvis in voto dixerim optamluM attamen nunc re melius considerata, dieo .Affirmative', qui· bonum totius ordinis est praeponendum commodo senium forsan respuentium vitam communem. quibus non deerunt aliae domus ad eos collocandos."

Tertius: „Affirmative", sed provideatur, ut senes cum oharitate tractentur.

Quartus: .Affirmative", et provinciales non habente· domnm propriae reeidentiae eligant conventum. in quo observatur vita communis perfecta, et sinQuinus domus novitiatus.

Reliqui omnes dixerunt: „Affirmative", et tantam decimus consultor addidit qaod definitores generale· et provinciale· etiam in domibus vitae communi· perfectae maneant.

V. «An statuendum ut nemo religiosorum ad gradum superioris generalia, vel ad aliam ex maioribus quoquo modo dicti· sui ordinis dignitatibus •ligatur, nisi qui vitam communem perfectam profiteatur?"

Jfsretatisl Omnes consultore· tarant in voto: .Affirmative*, sed sex addiderunt non tam pro •Mgoadis, aed etiam pro electis sub poena privationi· voci· aetivae et passiva·.

VI. .An euotis nuperioribus regularibus praeoipieudum ait, ut in qualibet sui ordinis domo ab omnibus qdaatnriteum vitem communem teneri curent?* **

JkreteN·.- Oma·· tarant in voto: .Affirmative*.

VU. .An religioei iam pretaaei admonendi, erioqae invitandi sint ad vitem communem portate servandum, nec istorum ahquis eam renuere posait, nisi gravibus de eausto a superior· generali probandi·, quizad tempus cum eo dispaneet, neque taultatom huiuamodi renovet nitiAd tempus, iterum revisis ae probatis impedimentis?"

RmoMm. Omnes consultore· dixerunt: .Negative*, praeter reverendissimum Capelli, qui mansit in suo voto.

Kt quatonus wgeOior, *

VIII. .Utram religion* iam professi salteofgreviter^admonéadi smt, et -hortandi, nt 1^*21 coinmunem perfectam «mplectantur et an qui renuerint, in separati» conventibus sint oollocàndi ea - conditione. nt neo vocem activam, ant passivam sire in electione provinciali·, sive in consiliis; aut \ capitulis provincialibus habeant T'

IfesolMti·,' Omnes consultores dixdrunt. .Affirmative* ad primam et secundam partem dnbii; et tantum ties consultores, nempe tertius, sextus et undecimq·, addiderunt .qugntum fieri potest|' quoad separationem.

Quoad tertiam partem omnes: .Affirmative quoad passivam, negative quoad açtivam*, ita tamen ut sese ingerant tantum'ta electionibus, non tamen in jis. quae respiciunt observantiam et disciplinam regularem: undecimus consultor addidit mentem, scilicet ut expresse praecipiatur, quod in omnibus B conventibus vitae communis, tam superiores, quam caeteri omnea officiales eam observent.

IX. „An statuendum sit. ut expleto tyrocinio e novitiatus domo nemo transferatur nisi in aliam pariter reformatam, ubi vita perfecte communis observetur, amotis omnibus cuiuscumque aetdtis, gradus, et dignitatis reformationem respuentibus'*

jtoobitia: Omnes consultores dixerunt: „Affirmative'

X. .Quod si nulla alia domus praesto sit. quo neo-professi transferri possint, ut pariter in vita perfecte communi instituantur; et interim novitiatus conventus adeo sit religiosis confertus, ut aliis recipiendis locus amply** non sit; an decernendum sit. ut hoc ipso ulterior novitiorum sAoeptatio universo ordini interdicta censeatur, donec facta novitiorum translatione in aliam perfectae vitae communis domum, novitiatus domus satis vacaverit T* C

lUivlttUo: Omnes dixerunt: „Affirmative**.

Et quatenus *tugatwr* ad decimum,

XI. „A» permittendum sit, ut si paucitas demorum, vel religiosorum impediat quominus qni communem vitam non servant, una simul ac soli morentur, reformati cum non reformatis cohabitent; omnino tamen curetur, ut religiosus quisque vita singulari vivens utatur saltem eodem victu„ vestitu, ac aequali supellectili, pecunias omnes in manus superioris vel deputatorum domus officialium, seu in capsa uti aiunt communi deponat; nec nisi de superioris licentia pecuniae aliquid in probatos usus suo statui convenientes impendant t"

Resolutio.* Omnes dixerant: .Provisum in praecedenti dubio X*, sed undecimos consultor addidit: salva clausula apposita in separatione .ai fleri. potest'.

XII. ,An declarandum iit, ut superior, et eius D nomine oeconomus seu . curator paterna sollicitudine et charitate singulis provideat de omnibus, sicut cuique opus fborit, et in victa praesertim ratio habeatur debilium, maxime vero aegrotantium: et declarandum pariter «it, at profesai religiosa moderatione contenti sinti*

Sttelutto: Omnes consultores dixerunt: ^Commendetur superioribus charités et sollicitudo; et subditis raHgiosa moderatio.*

XIП. .Utrum decernendum sit, ut huiuamodi lagee, ao praescriptiones superioribus religiosorum omnium congregationum, et ordinum denuntientur, qui do illarum receptione sine more testimonium reddant; quique deinde infra tempus eis discrete definiendum illas exorationi mandare teneantur, nisi ex allatis, probatieque difficultatibus » sancta sede prorogationem impetraverint; tempore autem hoc perperam lapso, sanctae sedis ait in supqrioree » negligent*·, vel in^ipeas fortasse congregatione» et ordines animadvertere 17

Resolutio.' Omnes consultore» fuerant in voto: .Negative*.

Quibus -absolutis finis huic sessioni impositus fuit.

Franciscus canonicus Btoppani «ecretariu»

I' . - 'vssssiri vu_

Die 6 martii 1889.

Habita fuit sexta commissio coram eminentissime ae reverendissimo domieo cardinali'Bixxarri pfaeside, et adfuerunt reverendissimi consultores Manni, Svegliati, Trombetta, Lucidi, Guisaaola, Frepp^l. Capelli, Costa. Bianqhi, a (?ipressa. Cretoni, Stop,-pani secretaries.

Lecto per sêçretarium verbali praecedentis «essionis eminentissimus prapsps animadVertit verba adhibita in solutione dubii VK nempe ubi agitur do personis ad principaliores religioni» dignitates eligendis. quae vitam communem perfectam qmplecti debent, nimis dura rideri, cum ibi dicatur de superioribus pm existentibus. qui vitam communem perfectam sequi teneantur sub poena privationi» vocis activa^ et pasaivke, et substituenda proposuit verba: .quod si renuerint, eo ipso muneri suo rq; nunciaase intelligantur*. Et omnes consultore» adhaeserunt sententiae eminentissimi praesidia.

